hominibus pre timore et expectatione
que supervenient universo orbi. Nam
virtutes celorum movebuntur. Et tunc
videbunt filium hominis venientem in
nubibus cum potestate magna et ma-
iestate. His autem fieri incipientibus
respicite et levate capita vestra
quoniam appropinquat redemptio vestra.
Et dixit illis similitudinem. Videte ficul-
neam et omnes arbores cum producunt
iam ex se fructum scitis quoniam prope
est estas. Ita et vos cum videritis hec
fieri scitote quoniam prope est regnum dei.
Amen dico vobis quia non preteri-
bit generatio hec donec omnia fiant.
Celum et terra transibunt verba autem
mea non transibunt. Off. Deus tu con-
versus vivificabis nos et plebs tua letabi-
tur in te ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare
tuum da nobis. Secr. Placare quesumus domine

terit cogitare diem adventus eius.
Et quis stabit ad videndum eum. Ipse
enim quasi ignis conflans et quasi her-
ba fullonum et sedebit conflans et
emundans argentum et purgabit
filios levi et colabit eos quasi
aurum et quasi argentum et erunt domino
offerentes sacrificia in iustitia. Et
placebit domino sacrificium iuda et
ierusalem sicut dies seculi et sicut anni an-
tiqui. Et accedam ad vos in iudi-
cio et ero testis velox maleficis
et adulteris et periuris et qui ca-
lumpniantur mercedem mercenarii
et humiliant viduas et pupillos
et opprimunt peregrinum nec timue-
runt me dicit dominus. Ecce ego mit-
tam vobis heliam prophetam ante-
quam veniat dies domini magnus
et horribilis et convertet cor patrum

enim arbor non faciens fructum bo-
num exciditur et in ignem mittetur. Et in-
terrogabant eum turbe dicentes.
Quid ergo faciemus. Respondens autem
[illegible] dicebat illis. Qui habet duas
tunicas det non habenti. et qui
habet escas similiter faciat. Venerunt autem
et publicani ut baptizarentur et
dixerunt ad illum. Magister quid faciemus.
At ille dixit ad eos. Nichil amplius
quam quod constitutum est vobis faciatis.
Interrogabant autem eum et milites di-
centes. Quid faciemus et nos.
Et ait illis. Neminem concutiatis neque
calumpniam faciatis et contenti estote
stipendiis vestris. Existimante autem
populo et cogitantibus omnibus in cor-
dibus suis de iohanne ne forte ipse
esset christus respondit iohannes dicens omni-
bus. Ego quidem aqua baptizo vos. ve-

adventum purificatis tibi mentibus
servire mereamur. Per. Ad romanos
Fratres. Quecumque scripta sunt ad
nostram doctrinam scripta sunt
ut per patientiam et consolationem scriptu-
rarum spem habeamus. Deus autem
patientie et solacii det vobis idipsum sa-
pere in alterutrum secundum ihesum christum
ut unanimes uno ore honorifi-
cetis deum et patrem domini nostri ihesu christi.
Propter quod suscipite invicem sicut et christus
suscepit vos in honorem dei. Dico
enim christum ihesum ministrum fuisse circum-
cisionis propter veritatem dei ad confir-
mandas promissiones patrum. Gen-
tes autem super misericordia honorare deum sicut
scriptum est. Propterea confitebor tibi in gen-
tibus domine et nomini tuo cantabo.
Et iterum dicit. Letamini gentes cum
plebe eius. Et iterum. Laudate dominum